





1. Dorscher s. Joh. Georgij / diff.  
de Sanguine et Suffocato.  
Rostochij 1683.
2. Teutschmann s. Joh. / diff.  
de Bonij operibus.  
1683.
3. Dorscher s. Joh. / diff. adversus  
Judeos et schotianos  
Rostochij 1686.
4. Edzardi s. Erre / diff. adversus  
judeos et schotianos  
Rostochi 1686.

5. Lorschei s. Joh. Georgij / Diff. de  
 Unione Hypothetica duarum  
 Personarum in Christo, Argent.  
 6. Fausty (Joanni) / Diff. ex  
 i. Timoth. v. 11-12. Argent.  
 1679.  
 7. Feckty s. Joh. / Diff. de Sanctitate  
 Ministerij Ecclesiastici, Rostockii  
 8. Fleffa s. Joh. Ad. / Cogitationes  
 theologico-philologicae  
 Altona 1791.  
 9. Gebhardi s. Brand. Henr. / Indi-  
 cid quorundam locorum  
 Hebraei textus, contr. paulum  
 Pezronum, Gryphicw. 1701.  
 10. \_\_\_\_\_ Diff. in psalmum.  
 11. Gryphicw. 1702.  
 11. Gejeri s. Mart. / Diff. de Superstitio-  
 ne, Lipsia 1649.  
 12. Gerhardi s. Joh. / Diff. de  
 peccato protoplastorum  
 primo, Jene 1629.

13. Haberdornij / petri diff. de  
conceptione Christi, Gisse  
1664
14. Habichthorstij / Andr. Dan /  
diff. de generali inscriptione  
prophetie Isajane Gisse  
1642
15. Heinrichi / Dan / diff. de  
causis Regenerationis  
contra Pontificos, Lipsie  
1699.
16. Universitatis Helmstedensis  
programma in funere Chr:  
Eberharti, Helmst. 1678.
17. Laurentini s. Laur. / programma  
invitatorium ad Accrasin  
Epitomes theologie Calixti.  
nd. 1678.
18. Hülfemann s. Joh. / diff.  
de fide Instrumentorum  
infallibilitatem Summi ponti-  
ficis probantium. Lipsie  
1649

19 Hülfemann Joh. laboriosa  
servitus filij Dei factum  
humane gentis expeans,  
Lipsia 1648

20 Itzigy J. Thome / Paulinus  
in partem psalmi VIII Com.  
mentarius expeans, Lipsia

21 Matthie J. Joh. diff. de  
<sup>1702</sup>Justificatione, Regensie

22 Kromayeri Hieg. diff. de  
<sup>1651</sup>Scriptis in Christi, Lipsia

23 Kunadi Andr. diff. de  
<sup>1667</sup>confessione petri, Wittenb.

24 Lazi J. Dan. Aphorismi  
<sup>1650</sup>theologici, Gryphisw.

25 \_\_\_\_\_ propositiones Anti-  
papisticae, Gryphisw. 1650

26 Lanz J. Christ. gloriosa  
dominatio filij hominis,  
Freiberg 1649

27. Majoris s. Joh. s. diff. ex Rom. 17  
v. 17. p. end 1637.

28. Mayeri s. Joh. Fred. s. diff. an  
Josephus tempore natiuita.  
s. Christi fuerit Senex de.  
crepitus, Lipsiæ 1672.


29. ————— diff. sistens  
pietistam per statum  
Evangelicos ~~durantibus~~  
Gryphisw. 1707. <sup>judicatur,</sup>

30. ————— diff. de theologia  
moralis s. J. d. i. s. Trauchij.  
Gryphisw. 1769.

31. ————— diff. de fide,  
Gryphisw. 1702.

32. ————— diff. II. de  
fraternitate pietistarum  
et Jesuitarum, Gryphisw.  
1708.

33. Mayeri J. Joh. Frid. s. diff. de  
iudicio extremo Gryphinae  
1709.
34. Gerani J. Henri. Conr. Fabrica  
Salutis Lipsiae 1659.





27 30

D. ÆGID. STRAUCHII,  
Theologi quondam Witteber-  
genfis, post Gedanenfis,

THEOLOGIE  
MORALIS

*Disput. XV.*

PRÆSIDE

D. JO. FRID. MAYERO,  
S. Th. Prof. Prim. Acad. Pro-Can-  
cell. Superint. Gen. Confiliario Regio,  
Facult. Theol. h. t. Decano, & Con-  
fiftorii Regii Præfide,

*Respondente*

JO. GODOFR. BLECCIO,  
Sedinenf. Pom.

*d. 12. Februar. 1705.*

P. A.

---

GRTPHISWALDIÆ,  
Typis GEORG. HENR. ADOLPHI,  
Acad. Reg. Typogr.

D. A. G. I. S. T. R. A. U. C. H. T.  
Theol. Anon. V. n. d. b. l.  
gentis post Germanis

T. H. E. O. L. O. G. I. E  
M. O. R. A. L. I. S.

D. I. O. N. I. S. M. A. Y. E. R. O.  
S. P. I. R. I. T. U. S. A. C. A. D. P. R. O. C. A. N.  
cath. Superior. Gen. Conf. d. b. l.  
Facult. Theol. in Decano. d. b. l.  
liber. Reg. Præsid.

Respondens

J. O. G. O. D. O. R. B. L. E. C. C. I. O.

Sediment. Form.

d. d. d. d. d. d. d. d.

F. A.

GEORG. HENR. ADOLPH.  
Typis GEORG. HENR. ADOLPH.  
Acad. Reg. Typogr.



V I R O

*Maximè Reverendo, Amplissimo  
atque Doctissimo*

**DN. BALTHASARI  
BLECCIO,**

SS. Theologiæ Doctori, Ecclesiæ  
ad Divum Nicolai Pastori vigilan-  
tissimo, ac Reverend. Minist.  
Seniori,


*Parenti meo charissimo,*

Hæc pagellas

*In sui amorem & benevolentiam*

humillimè offert

**FILIUS OBSEQUIOSISSIMUS.**



DISPUTATIO XV.

De  
MEDIIS IN SPECIE.

*Resp.*

DN. GODOFR. BLECCIO,  
Sedinens. Pom.

*Opponentib.*

DN. JO. LUDOV. WÜRFFEL,  
Gryphisw. Pom.

DN. PHILIP. CHRIST. CRA-  
ZIO, Boltenhagä-Gryphisw.

*Quæstio.*

*An Magistratus sit ordo divinitus institu-  
tus, & à DEO ipso approbatus?*

**D**ist. inter Magistratus dignitatem, & Ty-  
rannicam pravitatem. illa Deum habet  
autorem; hæc à Diabolo est.

Dist.

Dist. inter regimen ipsum politicum, cujus autor solus Deus; & inter ejus determinationem ad certam formam, vel Monarchicam, vel Aristocraticam, vel Democraticam. Hæc est juris gentium.

Dist. inter usum & abusum Magistratus. Ille à Bono, hic à malo est.

Dist. inter Dominium absolutè summum, quod soli Deo competit, & in suo genere tale, quod Magistratui. Regit Deus ipse mundum non immediatè, sed mediante Magistratu.

Potestati Magistratûs non opponitur Christiana libertas, sed vaga & effrenis licentia.

Non tantùm permittit Deus magistratum, sicuti peccatum; sed & ordinat.

Conclusio affirm.

Prob. (1) *Gen. IX, 6* ubi gladio armatur Magistratus adversus homicidas, *Deut. XVI, 8.*

(2) Oleo sacro unguendus erat, *1. Sam. X, 1. C. XVI, 13.*

(3) Illi qui magistratum gerunt, divinum munus gerere dicuntur, *Deut. I, 17. 1. Par. XIX, 6.*

(4) Deus ipse sibi tribuit regnorum translationem, *Dan. II, 20.*

(5) Potestas Pilato cœlitus erat data, *Joh. XIX, 11.*

(6) Im-

(6) Imprimis observandus locus, *Rom. XIII, 1.*

(7) Deus injurias magistratui illatas, severe vindicat, *1. Sam. VIII, 7.* Conf. omnino *B. Luther, Tom. 2, Witteb. Germ.*

Avr. 9.

*Manicheorum & Donatistarum.*

Jam tempore Apostolorum Magistratus contentores fuerunt, de quibus Petrus *2. Ep. II, 10.*

*Socinianorum*, qui non quidem simpliciter negant, Magistratum à DEO esse, tamen jus gladii, & bellum gerendi, aliaque Majestatis jura ipsi derogant.

*Pontificiorum*, quando Pontificem extollunt supra omnes Reges: & Clericos eximunt è numero subditorum. Quando vitam Monasticam præferunt exercitio potestatis, & eam ideò regibus commendant. Quando negant curam religionis ad Magistratum pertinere.

*Chiliasarum*, qui fingunt tempus, quò omnis Magistratus debeat aboleri.

Quæstio.

*An regimen politicum etiam in statu innocentie locum habuisset?*

Non quidem *regimen desporicum*, hoc est, servitus, sed *patrium*, hoc est, subjectio, qualis liberorum est erga parentes, fuisse;

set; subjectio filialis non servilis. Submitio fuisse spontanea, non verò servitus coacta. Regimen conjunctum fuisse, non cum libidine dominandi; sed constitisset in animo consulendi.

*Conclusio affirmatur.*

Prob. (1) Homo est animal sociale, quod in societatibus suas delicias quærit; societas laudabilis sine ordine esse nequit.

(2) Inter Angelos est ordo. E. & inter homines.

(3) E lege naturæ Eva noverat se Adamo subjectam esse.

*Augustini l. 19. de civ. Dei c. 15. quem sequuntur interpretes Pontificii, Lib. 1. Moysi.*

### Quæstio.

*An & Ethnicus Magistratus à Deo sit, nec non impius, hereticus, & tyrannice cum subditis suis agens?*

Quidam Reges dantur à DEO ad utilitatem subditorum & conservationem justitiæ: alii ad pœnam, timorem & increpationem. Quæritur de his.

Dist. inter ipsam potestatem; & personam, que potestatem in se suscepit, illa à DEO est.

Aliud est, quando quæritur: *An impius Magistratus liberè eligendus sit? & an electus,*  
vel

vel hereditatis jure succedens pro legitimo sit habendus? prius negatur. Conf. Deut. XVII, 17.

Diff. inter Tyrannum titulo seu occupatione; & exercitio seu administratione talem. Ille est à Deo permittente; contra eum, uti adversus morbum, licitè remedia adhibentur: hic est à Deo disponente.

Quando ejusmodi Magistratus infidias fruit rei familiari, tolerandum est, nequaquam verò, quando aliquid legi divinæ contrarium præcipit, Act. V, 29.

*Conclusio affirmatur.*

Prob. (1) Generalitas dictorum, Rom. XIII, 1. 1. Pet. II, 13.

(2) Ipse Deus sæpe impios Reges constituit. Jeroboam, 1. Reg. II, 37. Moabitarum Tyrann. Jud. III, 8. c. IV, 2. Nabuchodonos. Jer. XXV, 9. 1. Reg. XIX, 15. Hasael, 2. Reg. VIII, 13. Pilatum, Job. XIX, 11.

(3) Servi obedire debent, juxta Petr. 1. ep. II, 18. non tantùm Dominis ἀγαθῶν & ἐπιεικῶν, sed τοῖς σκολοῖς.

ΑΥΤΩ.

*Anabaptistarum.*

*Pontificiorum,* qui quando Rex videtur in hæresin labi, subditos ab omni obedientia absolvunt.

Quæ-



## Quæstio.

An, & quomodo cura religionis ad Magistratum Politicum pertineat?

Sermo est de Magistratu Christiano, non verò infideli. Magistratus formaliter hòc locò confideratur; materialiter ad cætera Ecclesiæ membra pertinet. Temeraria aliene vocationis usurpatio improbat: legitima verò partium officii sibi demandati laudatur administratio.

Uusus ab abusu discernatur. Uusus confitit in eo, ut operam det, quò religio fincerè conservetur, & digni ad munera sacra admittantur, iisque justò tempore sacralia solvantur, &c. Abusuum exempla vide 2. Sam. VI, 6. 1. Paralip. XIII, 10. 2. Reg. XV, 5. 2. Par. XXVI, 18.

Substantia Religionis, quæ confitit in expositione dogmatum fidei, ac sacramentorum administratione, à magistratu præscribi, mutarique nequit; circa circumstantias, videlicet personas, locum, tempus, modum administrandi, &c. Magistratui suum jus asserimus.

Administratio cultus divini ad ministrum Ecclesiæ, externa verò dispositio ad magistratum quoque pertinet.

Potestas Ecclesiastica interna ad ministros ejus: externa ad magistratum referatur.

tur. Unde Constantinus M. ad Sacerdotes: *Vos estis Episcopi in Ecclesia, ego extra Ecclesiam Episcopus sum à Deo constitutus.* Vid. omnino *Vedelius de Episcopatu Constantini M.*

*Ecclesia ipsi, seu in Ecclesia imperare non licet: circa Ecclesiam non illicitum est imperium; hoc est, licet præscribere ministris Ecclesiæ, ea quæ ad florem Ecclesiæ conducunt.*

Non exercet magistratus potestatem circa res sacras *more spiritali; sed seculari.*

Magistratus circa res sacras non tantum habet *potestatem executionis; sed & jurisdictionis.*

*Conclusio affirmatur.*

Prob. (1) Magistratus in id incumbat, quò sub ejus imperio subditi quietam vitam degant, *1. Tim. II, 2.*

(2) Mandatum Dei, *Deut. XVII, 18. Jos. I, 7. 2. Reg. II, 12. Es. XLIX, 23.*

(3) Dicuntur Elohim, *Exod. XXII, 6. Ps. LXXXII, 1. Pastores, Es. XLIV, 28. Jer. XLIX, 19.*

(4) Exempla Mosis, *Deut. XXXIII, 5. c. XX. Davidis, 2. Sam. VI, 12. Assæ, 1. Reg. XV, 12. Josaphati, 1. Par. XVII, 6. 7. Constantini M. Theodosiorum.*

*Ἄντιθεσις*

*Pontificiorum communiter, qui Laicis, quò*

quò nomine & Magistratum includunt,  
omnem religionis curam derogant.

*Calviniatorum, Triglandii, Gisberti Voërii.*  
Oppugnant hi scriptum *Vedelii de Episcopar.*  
*Constantini M.*

*Quackerorum*, in Colloquio cum Mini-  
stris *Hamburgenfibus*.

Quæstio.

*An Magistratus politicus dici debeat sum-  
mum Ecclesiæ caput, in cuius potestate sit,  
quicquid ad Ecclesiam spectat, & Ministri  
Ecclesiæ etiam in officio proprio, pro mini-  
stris Magistratus haberi de-  
beant?*

*Ufus in præced. quæst. probatur: abu-  
sus hic culpatur.*

*Potestas ordinis manet penes ministe-  
rium Ecclesiasticum: jurisdictionis simplici-  
ter magistratui non denegatur.*

*Jurisdictione secularis non est controver-  
sa: sed spiritualis.*

*Spiritualis autem dicitur vel ab Objecto,  
quòd exerceatur circa spiritualia: vel à  
modo seu forma agendi, quòd spirituali modò  
exerceatur. Priori, non posteriori sensu ju-  
risdictio spiritualis Magistratui attribui  
potest.*

*Si potestas exercetur secundum æquina-*

tem, quæ addiscenda est è legibus Spiritûs S., commendatur; sin verò secundum jus fictitium & imaginarium; reprehenditur.

*Casus Ecclesiastici merè spirituales*, ut sunt, absolutio à peccatis, clavis solvens, & ligans; ad Magistratum non pertinent: si verò simul tranquillitatem Reip. spectant, Magistratus non eximitur. Talis casus erat *seditio Münzeri superiori seculò Ao. 1525.* Ecclesiasticæ tamen personæ hîc simul in consilium adhibendæ sunt.

*Conclusio neg.*

(1) Solus Christus est Ecclesiæ caput: & iudex Spiritus S. qui per Scripturam loquitur.

(2) *2. Par. XXVI, 16.* Usia leprâ puni- tur à DEO, cum adolere vellet.

(3) Ministri Ecclesiæ dicuntur *ὄκονομοι μυστηρίων Θεῶν, 1. Cor. IV, 1.*

*ἄντιθ.*

Controversia orta est occasione *Henr. VIII. Angliæ Regis.* Hic cum Pontifex divortium cum *Catharina* probare nolle, nuptias etiam secundas cum *Anna Bolenia* improbare, Pontifici obedire detrectavit, sibiq; tribuit titulum summi capitis Ecclesiæ. Vid. histor. apud *Tbuanum & Sleidanum.*

*Arminiani* statuunt, ministros Ecclesiæ magistratûs decreta tantum debere approbare. Quæ-

## Quæstio.

*An Magistratus potestatem habeat leges Ecclesiasticas seu religionem concernentes promulgandi?*

*Leges verbo Dei contrarias non debet promulgare, tunc enim obediendum Deo magis, Act. V, 29.*

*Leges concernentes cultum Dei externum, ipse Deus exposuit: circa externum exercitium magistratus disponere potest.*

*Et leges res Ecclesiasticas, & personas concernentes potest promulgare.*

*Temeritas autem foret, si leges Ecclesiæ ferrentur, inconsultis planè Ecclesiæ ministris, qui tamen sunt œconomi mysteriorum Dei, 1. Cor. IV, 1.*

*Conclusio affirm.*

*Prob. (1) exempla, Davidis, de arca reducenda, 1. Paral. XIII, 5. Ipse distribuebat officia inter Levitas, 1. Par. XXIII, 6. 2. Paral. XIX, 8. Rex Ninivitarum indiciebat jejunium solenne, Jon. III, 7.*

*(2) Generalis circa leges autoritas eis asseritur, Rom. XIII, 1.*

*Pontificiorum, qui promulgationem legum Ecclesiasticarum à magistratu susceptam pro illicita habent. Bellarm. de Laicis c. 17. de Pontif. Rom. l. 1. c. 7.*

Cal-

*Calvinianorum. Gisb. Voërius de Politia Eccl'es. omnem vovus d'et' in facris magistratui politico derogat; quem oppugnat Colbius in tr. cui titulus: Papa Ulirajectinus.*

### Quæstio.

*an Magistratui Politico plures religiones in ditionibus suis tolerare liceat?*

*Dist. inter conditionem Veteris & Novi Test. In Vet. Test. erat peculiaris constitutio de hæreticis occidendis, Deut. XIII, 1. In Nov. Testam. commendatur gladius spiritualis, 2. Cor. X, 4. Ratio est, quia in V. Test. sacrum Ministerium tantum ad populum Judaicum restringebatur, Psal. CXLVII, ult. Periculum ergò erat, ne per plures hæreses idem excinderetur. In Nov. Testam. per totum orbem diffusum est.*

*Religiones plures non sunt introducenda; sed tamen jam introductæ toleranda: unitas enim religionis optanda potiùs, quàm speranda est.*

*Nuda permissio hæreseos licita est; nequaquam tamen cooperatio positiva ad introductionem vel conservationem.*

*Non tam hæresis, quæ semper oppugnanda, quàm hæretici tolerantur.*

*Religionem hæreticam utique profequi debemus odiò spirituali, Ps. CXXXIX, 21.*  
non

non autem odio *politico, seu civili*, profequendi sunt eam profitentes.

Si *Status Reip. pacatus* est, hæretici admittendi non sunt: alia ratio est, si *turbulentus*.

Si periculum adest, ne cum non admittuntur hæretici, Ecclesia quoque orthodoxa evertatur, præstat *aliquam*, quàm nullam habere Ecclesiam.

Periculum autem tale fit, quod nullâ humanâ prudentiâ, nullôque labore, averti potest, nisi solius Dei miraculô; de quo hodie magistratus non potest esse certus.

Dist. *inter potestatem magistratûs penitus liberam, & quodammodo restrictam per leges imperii fundamentales, pacta, reversalia*; si partem potestatis imperii proceres sibi reservant, si non sunt meri subditi, &c. ibi anniti debet magistratus, ut una & vera floreat Religio: in hoc statu non procedit.

*Conclusio affirm.*

Prob. (1) quia æquitas naturalis postulat, ut in casibus explicatis *ἀπονομιὰν* in religionis negotio concedamus.

(2) *Matth. XXIII, 25. 1. Cor. II, 19.*

(3) *Necessitatis privilegium.*

*Αὐτὸς ὁ Θεὸς.*

*Pontificiorum*, qui solam Romanam religionem toleratam volunt. *Bellarmin. de Laic. c. 18. Lips. l. 4. Polit. c. 2.*

*Cal.*

*Calviniatorum. Pareus, in C. 13. Rom.*

Quæstio.

*An salva conscientia Magistratui Christiano in Transactione Passaviensi, Comitibus Augustanis Ao. 1555. & Pacificatione Osnabrugensi, liberum exercitium plurimum Religionum concedere licuerit?*

Non negamus, Pontificios *vi metuque* compulsos, id cum Evangelicis transigisse; subsecuta tamen confirmatio libera fuit.

*Transactio religiosa* dicitur, non quòd circa religionem immediatè versetur: Religio enim sub transactionem humanam cadere nequit, sed est juris divini; sed quòd versetur circa jus religionis, est enim dignitas magistratui annexa.

Qui abutuntur hâc religionis pace, ex quacunque parte sint, reddent Deo & conscientia rationem.

*Pax religiosa*, quæ in Romano Imperio viget, non excludit spirituales contradictionem. Conceditur orthodoxis errores perstringere, eosq; detegere.

Dist. Pontificii *inter transactionem perpetuam, & temporariam*. Hanc intelligunt tantum. Verum si transigere cum hæreticis esset intrinsecè malum; nullò momentò esset licita transactio.

Con-



*Conclusio affirm.*

Quia toleratæ sunt religiones diversæ in Palæstina, quando fœdera inierunt Reges Judæ cum Regibus Israëliticis.

Quia Pontificii Imperatores suæ religioni addictos, & autores hujus Transactionis, Carolum V. Ferdinandum I. Ferdinandum III. debent damnare.

Quia in alterius regione velle de religione disponere, est mittere falcem in alienam messem.

ΑΥΤΙΘΕΤ.

*Pontificiorum.* Schererus asserit, Carolum V. & Ferdinandum I. ob Pacificationem Pafaviensem adhuc hodie luere pœnas in Purgatorio.

Vide prolixè *Dillingenses de pace religiosa.*

Constitutâ Pace Osnabrugensi Innocentius X. Papa scriptum edidit, hoc titulo: Declaratio nullitatis articulorum pacis Germaniæ; ubi asserit, *sibi administrationem Ecclesie esse concreditam.*

*Quæstio.*

*An Magistratus orthodoxus fidem hæreticis datam servare teneatur?*

Aliud est, *an fides hæreticis sit danda? & an fides data sit servanda? prius negatur, quia periculo non caret: posterius affirm.*

C

Vel

*Vel autem res adhuc est integra cum hæreticis; vel non. Si prius, non potest dari hæreticis fides: Sin posterius, accedente obligatione, fides data fervetur.*

*Fides data debet respicere hæresin non promovendam, sed tolerandam: in nullo enim casu cooperari in hæresin licet.*

*Tolerantia non debet excludere censuram Ecclesiasticam, que pertinet ad officium elencticum Spiritûs S. sed pœnam civilem.*

*Hæretici alii sunt seditiosi: alii non. Illi, quoniam non fidem fervant ipsi, non iis quoque fides fervanda est: hi verò suo loco relinquuntur.*

*Pontificii non volunt videri, ac si suadeant, ut hæreticis data fides absolutè rescindatur; sed tantùm eam rescissionem esse absolutè intelligendam, si Concilium aut Papa fidem datam nolit fervari. Verùm est impostura; Concilium enim Pontificium & Papa nunquam volunt, ut fervetur fides hæreticis. Illa conditio est determinatæ veritatis.*

*Conclusio affirm.*

(1) Quia pacta servare est juris naturæ. Licet ergò hæretici sint pessimi, erroresque blasphemii, non tamen desinunt esse homines, & ita jus naturæ ad eos pertinet.

(2) Hu-

(2) Hujusmodi fœdifragium nunquam Deo placet. Fidem dederant Israelitæ Gibeonitis, qui erant infideles; quando hanc fregit Saul, fame punivit Deus populum, 2. *Sam. XXI, 1. 2.* Zedekia dedit fidem Nabuchod. cum eam fregit, punitus est à Deo, *Ez. XVII, 19.*

(3) Ipsi Pontificii servant Judæis pacta, qui tamen pejores sunt hæreticis.

ART. DEC. 16.

Pontificii de calumnia conqueruntur, quasi ipsis falsò hæc sententia affingatur. *Becan. Man. l. 5, c. 15.*

*Idem in peculiari tr. Vitus Erbermann. in Irenico. c. 12.* Verùm contrarium probant tum scripta publica; *Conr. Brunus de Hæreticis l. 5. per tot. disputat* contra obligationem fidei datæ hæreticis; *Dillingenses. c. 5. de pace relig. quasi. 29.* tum Exempla. In Bulla Cœnæ Dominicæ quotannis absolvuntur subditi à debito fidelitatis erga Magistratum hæreticum. *Hussi & Hieron. Pragensis*, qui hoc tristi casu experti sunt: Tum restrictiones, quas adhibent: *Becanus* dictò locò ait: fidem datam esse servandam: si modò fides data sit de re licita, *p. 499.* Jam verò communis Pontificiorum opinio est, non esse rem licitam, si hæreticis servetur fides.

## Quaestio.

*An, & quomodo Magistratui reformare religionem, vel in ea mutare quicquam liceat?*

*De Reformatione Religionis quaeritur vel idealiter in abstracto; vel exemplariter in concreto. Priori modo hoc jus Magistratui asseritur: posteriori modo, an scilicet Reformatio secundum hic & nunc se rectè habeat? ex circumstantiis dijudicetur.*

*Vel igitur Magistratus fidem civibus per leges fundamentales adstrinxit, & promisit, se nil in religione mutaturum esse; aut illud Magistratus non fecit. In priori casu standum est promissis; in posteriori, si absolutam habet potestatem, licet ei eam religionem introducere, quam veram esse in conscientia est persuasus.*

*Si verò conscientia est erronea, agit quidem Magistratus impiè, ut hereticus; non tamen illicite, ut Magistratus. Ad jura enim Majestatis pertinet jus constituendi religionem.*

*Consulimus non Subditis, sed Magistratui; legem praescribimus non parendi, sed imperandi. Si enim conscientia erronea Magistratus est, non debent parere subditi.*

*Dist. inter fidem; & inter publicum fidei doctrinam.*

*doctrinam proponendi munus.* Illa non est res politica, nec convenit homini, quatenus ad politicam societatem est ordinatus: sed quatenus est Reipubl. cœlestis civis, consequitur; non est humanæ potestatis, quicquam in fide mutare; novos fidei articulos ne quidem summus Magistratus condere potest. *In hoc* Magistratus potest disponere.

Hujusmodi tamen reformatio, non temerario, sed gravi judicio suscipitur, ut per preces imploretur Deus, uti sui Spiritus S. gratia Magistratui adsit. Veram enim religionem cognoscere, non est inter *ἀδύνατα*, sed tamen inter difficilia ponitur.

Dum Reformationi operam dat Magistratus, non agit *διακονικῶς*, sed *ἀρχιτεκτονικῶς*. Habet se instar architecti, qui sub se habet, qui domum ædificent, illiq; *διακονικῶς* concurrunt.

Dum Reformationi operam dat Magistratus, non influit *immediatè* in salutem subditorum; sed *mediatè*, dum jubet, ut media pura proponantur subditis.

*Reformationis media* non debent esse *violenta*, sed *moderata*. Non imperatur, sed demonstratur religio. Alia possunt pro arbitrio imperare: solam religionem imperare nequeunt.

Non potest, vi sui juris, cogere Magistra-

gistratus conscientias, ut quis credat, verum esse, quod pro falso habet. Potest tamen prohibere, ne conceptum suum erroneum in vulgus spargat, & Ecclesiæ scandalum præbeat.

*Conclusio affirmatur.*

Infert generalis cura religionis Magistratui demandata; cum religio non sit, quam aliquis iudicat in conscientia falsam esse: Necessè igitur est, ut religio reformetur.

Apostoli monitum, *1. Tim. II, 2. ut piè vivamus*: ubi religio hæretica, piè vivere nemo potest.

Exempla, *Assæ, 1. Reg. XV, 12. 2. Par. XIV, 3. Josaphati, 2. Paral. XVII, per totum Josæ, 2. Reg. XXIII. per totum. In Historia Ecclesiast. Constantini M. Theodosiorum.*

*AVT. DE TIC*

*Pontificiorum*, qui ad reformationem religionis violenta remedia adhibenda esse volunt, sicuti Inquisitio Hispanica id infert. Præprimis disputant contra Evangelicos: iis non licuisse Religionem reformare.

*Calvinianorum* in praxi, qui nolunt abrogari ea, quæ ipsi in Ecclesia male docent.



00 A 6275

ULB Halle  
002 840 510

3




Sb.

Retro ✓


VDA

H. 91.









24 30

D. ÆGID. STRAUCHII,  
Theologi quondam Witteber-  
genfis, poſt Gedanenſis,

# THEOLOGIÆ MORALIS

*Diſput. XV.*

PRÆSIDE

D. JO. FRID. MAYERO,  
S. Th. Prof. Prim. Acad. Pro-Can-  
cell. Superint. Gen. Conſiliario Regio,  
Facult. Theol. h. t. Decano, & Con-  
ſiſtorii Regii Præſide,

*Respondente*

JO. GODOFR. BLECCIO,  
Sedinenſ. Pom.

*d. 12. Februar. 1705.*

P. A.

---

GRTPHISWALDIÆ,  
Typis GEORG. HENR. ADOLPHI,  
Acad. Reg. Typogr.

24.